

## **Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum**

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum  
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1734**

Decisio XCIX. De Hypotheca, quam uxor habet in bonis Mariti, ejùsque  
privilegio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](#)

primi vasalli , quam pro nunc ipsi  
præhabui , sibi invigilet , atque repul-  
la filia filijs & quæ ac filiabus hoc feu-

dum tanquam sibi apertum revocet ,  
& pro aperto se habere declareret .



# TITULUS XXI.

De Pignoribus & aliis Cautionibus.

## DECISIO XCIX.

De Hypotheca , quam uxor habet in bonis Mariti ,  
ejusque privilegio .

### SPECIES FACTI.

**F**ranciscus in quodam Bavariae oppido civis satis honoratus ex duabus successivè uxoriis duas moriens reliquit proles , filiam ex priore , cui assignaverat 1000. florenos pro legitima materna , tum ex dote 700. florinorum tum ex paraphernis 300. florinorum , quos illa prior uxor sibi attulerat ; ex posteriore autem filium , quem uti & filiam , atque conjugem secundam , in æqualibus

partitionibus instituit hæredes , sed ita , ut conjugi secundæ instar prælegati pro dote , quam in testamento illatam fuisse testabatur , ac simul pro acquæstibus , dari voluerit 1000. fl. Post mortem ipsius præter exspectationem etiam alii duo credidores hypothecarii comparuerunt , ita ut dubium jngens natum sit , an omnibus præstari solutio possit ex bonis à Francisco relictis . Et hinc

C 2

Quæ-

Quæritur 1. An filia ratione dotalium, & paraphernalium suæ matris, ob hypothecam tacitam præferenda sit alijs creditoribus hypothecarijs, quorum unus anterio-

rem tacitam, alter verò posteriore rem quidem, at expressam habuit hypothecam. 2. An illatio dous per dictam confessionem fuerit falso probata?

## QUÆSTIO I.

*An filia ratione dotalium & paraphernalium, pro legitima sibi assignatorum, ob hypothecam tacitam, quam mater habuit in bonis Francisci, preferenda sit duobus aliis Creditoribus hypothecarijs?*

Præsupponendum 1. Sermonem esse de dotalibus & paraphernalibus in se non extantibus; hæc enim, quia manent in dominio naturali uxoris, & liberorum hæredum, ante omnes alios creditores restitui debent; nam dominium est fortissim juris realis species, & vindicatio omnem vincit actionem, tam realem quam personalem, jus, aut privilegium. per l. 24. §. 2. ff. de reb. Aub. Jud. possd. l. 38. pr. ff. de Peccato. Sermo proin est de dote & paraphernaliis Marito traditis, & consumptis vel permixtis cum bonis Mariti. Præsupponendum 2. Uxorem defunctam non fuisse in culpa & causa ob malam rei familiaris administrationem, cur Maritus ad inopiam pervenerit; si enim hoc esset, cessaret ipsius privilegium prælatonis in ordine ad repetendam dotem;

frustra enim auctor calamitatis sue auxilium legis implorat. l. 145. ff. 4. R. J. Petr. Heigius p. 2. q. 7. n. 57. Sicut probabilius etiam non gaudet privilegiō prælationis mulier, que scienter nupsit viro iam antea valde obærato, & tamen dotem intulit. per l. 41. §. si à debitore ff. de jur. dot. l. 26. §. abesse. ff. Mandat. l. 3. §. ult. ff. ut in pess legator. Carpzov. in Juruprad. for. p. 1. Conf. 28. def. 84. Cum fab. Petro Heig. Berlich. &c. contra Bald. & Panormit. Pariter non gaudet, quando uxor una cum Marito principaliter se obligavit in contracto debito per modum intercessionis vel fideiustionis legitimæ. per tit. 1. art. 12. seqq. Bayrischer Land. Recht. Gail. 2. observ. 89. Item quando communem negotiationem cum marito exercet, & ipso media pars acquæstuum debetur. Land. Recht.

Richt. cit. art. 10. 11. Favet Berlich. l. 1. concil. 65. n. 79. Beuter de jure matr. p. 1. c. 35. Gail. observ. 90. n. 3. 1. 2. Præsupponendum 3. quo ad bona uxorum paraphernalia: licet pro ijs habeant hypothecam tacitam in bonis Mariti, hanc tamen privilegiatam non esse, ita ut prælationem operetur ante alios creditores hypothecarios, uti DD. communiter notant, & Jus Bavanicum in Proces. Edict. tit. 2. art. 11. in fine lata clare decidit. Præsupponendum 4. etiam hæredes uxoris, qui ex ea descendunt, uti filij & filiae, capaces esse privilegij prælationis, quo gaudet ipsa uxor. l. quid. C. q. p. in pign. Nov. 91. pr. id tamen ad hæredes collaterales, & extraneos, non est extendendum, ut egregie probat Berlich. l. 1. concil. 65. n. 90. 91. contra Schniciderv. & Neguzant. Unde liberi, post obitum patris perentes legitimam maternam, præferuntur novercæ dotoem illatam repetenti ob prioritatem hypothecæ pariter privilegiatae: immo etiam præferuntur quod paraphernalia suæ matris defunctæ, si ista expressam constituit hypothecam in bonis mariti pro suis paraphernaliis, saltem de Jure Bavariaco, ut docet Cancellar. Schmid ad d. art. 11. Proces. Edict. n. 17. 18. His præmissis filiam forte præfettere utrique creditori hypothecario ob specialem favorem, quem in jure habet dos illata. 1. propter 4. I. ff. solut. Matrim. l. un. C. derei

uxori ad. l. 1. 2. C. qui potior, in pign. ubi mulier omnibus creditoribus, & hypothecariis ratione dotis præfertur, & quidem etiam anterioriter, si ea solum tacita fuit, hypothecam habentibus. l. ult. C. eod. & §. 29. Inst. de action. Imo & anterioriter expressam obtinenteribus. per d. l. ult. pr. & §. 1. Nov. 79. c. 2. quin & ijs probabilitate, qui privilegiatam habent hypothecam anterioriter, saltem si ea expressa non sit, vel uxor expresse sibi constituith hypothecam. per l. & Nov. citte. Quod hæc filia, loco matris defunctæ, prærogativam habeat etiam respectu illius, qui posterioriter, licet expressam, hypothecam convenit, probatur 2. ex eo, quod præcedat hypothecâ anteriori tacita munitum, & iste vincat de hypotheca posteriori expressa provisum, siquidem axioma est, si vincit vincentem te, multò magis vincote. Dein regula est, quod ex creditoribus hypothecariis non privilegiatis attendatur prioritas temporis, non verò, an hypotheca sit tacita vel expressa, conventionalis vel legalis, generalis vel specialis &c. uti DD. notant, & se fundant in l. 2. 8. 11. ff. l. 2. 4. 8. C. qui pot. in pign. & in c. 54. de R. f. in 6. ibi: qui prior est tempore, potior est jure. Cum igitur hæc filia prærogativam habeat ante eum, qui anterioriter, sed tacita tantum, hypothecâ munitus est, ille verò munitum posterioriter, licet expressa, etiam hunc præcedet filia, si non ex se ipsa, uti tamen

verum esse existimandum est, saltem ex persona prioris creditoris, juxta vulgatum axioma, si vincere vincentem te, multò magis vincere te. Adde 3. singularē convenientiam ob favorem dotis, quam conservari salvam Reipublicæ interest. l. 2. ff de Jur. dot.

Verum quāvis hæc in Thesi ita esse existimem, saltem pro casu, quo anterior hypotheca solum est tacita; si enim foret expressa, Jus Bavanicum in d. art. 11. Process. Edict. ut & observantia communis, contra Jus commune, anteriori hypothecæ expressæ primas tribuit ante hypothecam dotis, etiam expressam Gail. l. 2. observ. 25. Mynl. cent. 4. observ. 13. VVurms. tit. 37. observ. 3. Arnold. Rath in sua dissert. Juriid. assert. 132. Berlich. l. 1. concl. 95. n. 92. Hartm. Pist. observ. 17. lib. 2. Cancell. Schmid ad d. art. 11. n. 16. Nihilominus tamen in hac hypothecæ, in qua acquæstuum communium media pars obvenit primæ uxori, consequenter & ejus filiæ, ut patet ex testamento mariti secundæ conjugi acquæstus tribuentis, cum tales fuerint conjuges, qui communem negotiationem, nempe cauponiarum, exercabant,

aliter dicendum & discurrendum est; hoc enim in casu in Bavaria, ubi evenit, uti & alibi, ubi communem negotiationem exercent conjuges, ex communis consuetudine celare jus prælationis & privilegium dotis, uti in præsupponendis ex Berlichio, Beutero, Gailio annotavimus. Addatur Cancell. Schmid l. ii. n. 21. qui id desumunt ex l. iure fidei-tatis ff. pro socio, & Autb. si qua mulier c. ad S. C. Velleian. item ex Jure Bavatico tit. 1. art. 10. & 11. Land. Recht. Cum lucrum & damnum rei familiaris æquè ad uxorem pertineat ac ad maritum, atque illa non minus obligationem contraxerit, ac ille, &, si uxor esset privilegiata, bona fide contrahentes cum talibus conjugibus iniquè deciperentur.

Atque ex his facile responderetur ad opposita, dicendo nimurum, ea omnia posse quidem procedere in thesi, non tamen in hac hypothecæ, in qua aliud exigit & Jus Bavanicum, & Jus Commune, à DD. communiter sic intellectum, & à consciudine approbatum, & ipsa Ratio.



Qua-

## QUÆSTIO II.

An illatio dotis per confessionem Mariti in testamento expressam sufficienter probatur?

Negaveris forsitan, saltem in tantum, ut inde creditoribus, aut liberis prioris Matrimonij, illationem impugnantibus, præjudicium fieri possit, licet forsitan ipsi marito ejusque hereditibus noceat confessio, ex his causis. 1. Quia iuri Bavicum, quod specialiter in hoc casu, qui in Bavaria contigit, observari debet, in Edict. Process. tit. 2, art. 12, nudam confessionem Marii non agnoscit pro sufficiente ad probandam illationem & numerationem dotis actualiter factam, sed requirit, ut apocham vel quietiam, in qua maritus confitetur illationem dotis, etiam alias, jure sanguandi praeditus, subscribat, vel talen testis omni exceptione major accedat dictæ quietiæ; aut hac sufficiens exigit duos testes, qui deponant cum expressione circumstantiarum temporis, loci, ac personæ, dorem actualiter numeratam esse, quibus administriculis planè determinata est hac testamentaria confessio, & hoc ipsum Cancellarius Schmid ad 4. art. 12. n. 11. extendit etiam ad confessionem Mariti jura-

tam, seu cui adiecit juramentum assertorum, Conspirant Covarruv. variar. l. 1. c. 7. n. 4. Schneidev. Vigil. contra Gail. Fachin. l. 2. Confessor. Conf. 47. n. 2. cum aliis, ex mentu, ne hac ratione detur occasio fraudibus, & damnificandi creditoris. 2. Idem sumitur ex Auth. quod locum. C. de dot. caut. non num. & 3. Evincit solida ratio; quia maritus ad inopiam vergens facile posset fraudem committere, & tam in suum (cum dotis dominium Civile habeat,) quam uxoris & liborum favori, in præjudicium vero creditorum, receptionem dotis confiteri: & hinc præsumptio in generali fraudum periculo fundata vim probandi illationem adimit confessioni Mariti. 4. Licet in hoc causa Maritus præter confessionem etiam per modum legati uxori secundæ dotem reliquerit in testamento, ut proin eam petendi jus obtinuerit. l. 18. ff. de Auro & arg. leg. l. si creditori ff. de Legat. l. jus tamen prælationis respectu creditorum, & alia doti, revera numeratae, competentia priuilegia non consecuta est. Berlich.

l. 1.

I. I. concl. 65. Concell. Schmid n.  
13.

Quamvis autem hæc ita se habeant, quia tamen in hac hypothesi ex una parte dos in Instrumento Nuptiali fuit promissa, & in Testamento confessata, ex altera vero insuper ultra decennium in Matrimonio actuali persistent ut conjuges statuendum est, quod illatio dotis sufficienter inde probata sit, eò quod I. non tantum juxta Jus Comune in d. Anth. & Nov. 100. c. I. & 2. post lapsus decennalis cohabitationis tempus, junctum cum confessione mariti, etiam respectu creditorum tollat exceptionem non numerata pecunia, & stante tali lapsu temporis tantum operetur confessio, quantum ipsa numeratio. Alex. I. 6. cons. 223. Rol. cons. 85. n. 42. Burlat. cons. 32. n. 44. lib. I. Cravetta cons. 40. n. 5. Caphalus cons. 131. n. 11. lib. 2. Fachin. I. 2. Cons. 47. n. 1. Gail. I. 1. observ. 81. n. 10. contra Berlich. d. concl. 65. a. n. 52. Sed etiam 2. Jus Bavanicum, à Comuni hac in parte non recedens. D. Rathäser. 150. quippe in iur. art. in princ. sic disponit generaliter absolute & illimitate: Wann ein Frau mit ihrem Mann zehn Jahr im Ehestand gehauset hätte und in dem Heyraths-Brief das Heyrath-Gut zuerlegen allein versprochen worden (uti hic factum) und der Mann hernach die Erlegung desselben Krafft einer sonderbahren Quittung (cui usque æquivaleat,

veletiam prævalat legitimum testamento) bekennit hätte/ alsdam hat ein Frau ihr Heyrath-Gut/ so wohl wider den Mann und seine Erben/ als auch dessen Glaubiger zu gñigen er wisen. In fine auem: Es wären dann nach der Hochzeit zehn Jahr verflossen: alsdam hätte die Stieff-Mutter solch Heyrath-Gut (quod à liberis prioris Matrimonij, qui simul heredes mani & respectivè creditores sunt ratione maternorum bonorum) auch aus serhalb des Kindsthäus zu fordern. Pariter in iur. I. art. ult. der Land Rechten sic statuit: Wären aber die zehn Jahr / in denen die Eheleute in der Ehe gewesen / völlig erfreut/ so ist alsdam die Einred des in legten Heyrath-Guts gänzlich verlochen. Cancell. Schmid ad art. m. 12. & ult. Ex quibus clare fas colligitur, quod per lapsus decennii confessio mariti convallidetur, & nulla prouersus amplius exceptio contra eandem opponi possit. Ne que scrupulum tibi moveat, quod Jus Bavanicum requirat separatum apocham seu quietantiam, in qua maritus receptionem dotis contineatur; testamentum vero in nostro casu non sit apocha vel quietantia; nam testamentum vel solemniter factum, vel ad Acta datum, in quo fit confessio dotis illata, virtualiter immo eminenter est apocha, & authenticam facit fidem. Jus Bavanicum principaliter eo tendebat, ut præter instrumentum dotale, ubi

promissa, & fors etiam confessata  
huius dos, detur alia probatio illatæ  
dotis, nempe vel specialis apacha à  
dotali instrumento distincta cum la-  
pli decennij, vel isto nequum elapsio  
munita etiam alterius vii jure si-  
gillandi prædicti sigillatione & sub-  
scriptione, vel depositio duorum  
testium, qui nominent tempus, lo-  
cum, perlonam, à qua, ubi, &  
quando dos numerata sit: hujus-  
modi apacha à tertio subscriptæ,  
vel duobus testibus, utique æquiva-  
let quoad vim probandi legitimum  
testamentum.

Atque ex his planè enervatae

sunt rationes adversæ Partis, cùm  
per lapsum decennij & confessio-  
nem in Instrumento testamentario  
factam & Juri Bayarico & Com-  
muni satisfactum, ac insuper præ-  
sumptio fraudis omnino tollatur,  
imò sufficiens inde probatio nume-  
ratæ ac illatæ dotis habeatur secun-  
dum præfata Jura; consequenter  
constabunt huic doti sua privilegia  
prælationis &c. de Jure  
alias ipsi compe-  
tentia.



(I.P. Pichler Decr. T. 2.

D

T. -